Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26030
Copyright: Admont, Benediktinerstift



64

Non enim in solo pane uiuit homo. et non habentes operimentum petit circumdati sunt tegmine hi qui se peccati expoliauerunt tunicam. Audiens autem Zosimas quomodo scripturarum testimonia proferebat ex moysi in deliceat libris et beatissimi iob et psalmorum. dixit ad eum. Psalmos omnes didicisti. et alios libros scripturae sacre legesti. Illa autem hoc audiens subridens dixit ad eum. Crede mihi non uidi hominem ex quo Iordanem transiui. nisi te hodie. Litteras autem nunquam alicubi didici. si neque psallentem aut legentem aliquem auscultaui. Sermo autem dei uiuus et efficax est intellectum intrinsecus docens humanum. Huc usque finis eorum quae mea sunt. Hec autem obsecrans queso te per incarnationem uerbi dei. ut ores pro me luxuriosa. Et cum hec dixisset cucurrit senex et genu flexo se in terram prosternens cum lacrimis exclamauit. Benedictus deus qui facit mirabilia magna solus gloriosa et uehementer stupenda. quibus non est numerus. Benedictus es domine deus quoniam ostendisti mihi quanta largiris timentibus te. Vere enim non dereliquisti quaerentes te domine. Illa autem apprehendens senem et non permisit in terram prorsus prosterni. si dixit ei. Hec quae audisti obtestor te per dominum saluatorem nostrum iesum christum dominum nostrum nemini dixeris quoadusque deus de uinculo carnis absoluat me. His omnibus acceptis. uade in pace. et iterum hoc codem tempore aduenente anno apparebo tibi et audebis me dicere nos gubernante gratia. Hac autem propter dominum quod nemo te inuiolabiliter. In sacris tenuis recurrentibus anni uenturi non transeas iordanem ut consuetudinem habeas agere in monasterio. Stupebat autem Zosimas audiens quomodo et canonem monasterii insera quasi quae nosset edicebat. nihil aliud clamabat. in gloriam dei qui maiora quam petentibus diligentibus se largitur. Illa autem dixit. Sustine ut dixi abba in monasterio neque enim et si exire uolueris quoquam ualebis. Vespere autem sacratissime dominicae cenae accipe diuinum cor

si neque feci aut aliud quicquam animal ex quo in hanc deuenit solitudinem.